

expeditius se totum Sacro huic dedicaret studio, de **S E C E S S U** apprime cogitavit, suos q̄ *Romæ tumultus* relinquens, ab invidiæ etiam turbis infestatus, in semotissimâ solitudinem sese abdidit, quæ Syriam à Saracenis disternat, post longa tandem viarum emensa spacia Bethlehemū accessit, & Natale Salvatoris solum venturæ senectuti sedem delegit. *Protinus* (ait ipse in sua advers. Ruff. Apol. *concito gradu Bethlehemum meum reversus sum, nec me inerti tradidi otio*, nimirum ibi ab hominum frequentia semotus, cum solo Christo cumq̄ libris habebat commercium, totisque (ut ajunt) nervis agebat, ut ibidē egregium illud Christianæ **PIETATIS** exemplar absolveret. Primum **TIMORE** agitati erat studium, adolescentiæ lapsus agnoscere, seriòque deplorare vitæ antea-ctæ miseriam; *Scitis ipsi* (scribit in 43. ad Chromatium Epist.) *lubricum adolescentiæ iter, in quo & EGO LAPsus sum, Et vos non sine timore transistis*. Igitur quia „erravimus Juvenes (idem inquit alibi) „emendemur senes, jungamus gemitus, & „lachrymas copulemus, culpam simplici-
citer